



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**  
**Coloniae Agrippinae, 1684**

60. Coemiteria, an gaudeant exemptione Ecclesiarum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

Tertio, si aliqua Ecclesia alteri ratione illius visitationis subdit. *c. illud Magni 10.*

quæst. 3.

Quarto, ex præstatione quartæ. *c. priscis 10 q. 3.*

Quinto, ex solutione procurationis. *c. quiescamus dist. 52.*

Sexto, ex defunctorum sepultura. *c. placuit 13 q. 2. cap. 2. de rest. spol. in 6. Cavalcan.*

Cap. 34. nu. 10.

Septimo, ex mandatorum susceptione atque obedientia. *c. quem progenitores 20.*

9. Innoc. c. olim. 3. de Rest. spol.

Octavo, ex præstatione reverentiæ. *c. ex ore de His qua sunt à maiore parte Capituli.*

Nono, Quando recipit munus Consecrationis. *c. Præbiter d. 24. c. hac quippe 3. q. 1.*

Decimo, Quando Pontificalia admittit. *c. Pontifices 7. q. 1. Goffredus d. c. ex ore.*

Undecimo, ex re Judicata, contra se lata, *cap. olim 3. de Rest. spol.*

Duodecimo, per exercitium Jurium superioritatis, v. g. si exercuerit aliqua jura Pontificalia. *Menoch. l. 6. præf. 72. n. 13. quæ de re vide etiam quæ alio loco scripti. q. 32.*

33. & 50.

### Q U Æ S T I O LX.

Cæmeteria an gaudeant Exemptione Ecclesiasticum.

1. Cæmeteria gaudent Privilegiis Ecclesie. 3. In dubio, locus non est habendus pro Cæmeterio: quod fallit, ut hic.

2. Locus ille pro Cæmeterio, habendus, qui ab Episcopo benedictus est.

Cæmeteria esse loca Ecclesie connexa, illiusque privilegiis gaudere ostendit Menochius de *Arbit. Jud. l. 2. casu 95. nu. 10. & l. 5. præf. 20. Covar. var. reso. c. 1. nu. 5.*

Sed dubium est, unde locus quispiam præsumatur esse cæmeterium Ecclesie? quem articulum aliquot Conclusionibus enteleo.

Prima Conclusio: Locus ille pro Cæmeterio habendus est, quem latè constat ab Episcopo pro Cæmeterio fuisse benedictum, ut & è contra non habendum pro Cæmeterio, quem constat non fuisse pro Cæmeterio per Episcopum benedictum. *Clem. 1. ubi D. D. de sepult. Menoch. l. 6. præf. 72. nu. 15.*

Secunda Conclusio, in dubio locus non est habendus pro Cæmeterio. *Menoch. d. præf. 72. n. 16.* idque nisi aliud quibusdam conjecturis præsumatur, conjecturæ autem sunt, si locus situs sit circum majorem Ecclesiam passus quadraginta, aut minorum passus triginta. *Menoch. d. præf. 72. n. 18. & seqq.* Similiter si Ecclesia sit antiqua, locusque apud ipsam Ecclesiam semper fuerit reputatus pro Cæmeterio. *Menoch. d. præf. 72. n. 12.*

Ut & si in ejusmodi loco reperta fuerint ossa mortuorum. *Menoch. d. præf. 72. n. 22.* & quidem non paucorum, sed plurimorum. *Mascard. de probat. Concl. 289. Barib. Fumus & Caseri Casuiste in verb. sepultura. Menoch. d. præf. 72. n. 21. in fin.* Nam ut est in proverbio Erasmi *Cent. 7. adagio 94.* una hitundo non facit ver, nec unus Homo Civitatem, nec unus nummus divitem, nec unum os hominem.

Q. V. E.